UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 32. Protestantium, & Politicorum Deputati ad Aulam delati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67232

Visual Library

ac potiſſimam noctis partem pilæ ludo, ac conviviis abſumere, vitamque inter pænitentiæ, & libidinis exercitia inepta prorſus viciſſitudine tranſigere poſſet. Sæcul. XVI. A.C.1575.

§. XXXII.

Proteſtantium, & Politicorum Deputati ad Aulam delati.

Vix Aula Pariſios fuerat delata, cum illico ex Proteſtantium, & Politicorum factione novem adventarent Deputati, quibus Rex cum Condæo Principe Baſileæ circa pacis negotium conferendi veniam dederat: hi igitur die vigeſima Martii Baſilea profecti, præfatique Principis mandatis inſtructi die ſexta Aprilis ad Aulam pervenerant, quibus ſuam operam Tribuum Helveticarum, nec non Angliæ Reginæ Oratores jungebant, ut unaomnes Regem eo inducerent, quatenus illos benigne exciperet, ac Proteſtantium propoſitiones, quas ipſi ad propriam ſuam ſecuritatem neceſſarias cenſebant, admittere vellet. *Thu. l. 60. Avila hiſt. des guerres civil.*

§. XXXIII.

Horum poſtulata, ac colloquium cum Rege.

Quarto poſt adventum die hi Deputati a Rege coram Regina Matre, Na- *Avila & Thu. l. c.*